



Petrus Artopæus in Saxoniam natus, & in omni genere literarum institutus est. Is cum rudimenta in patria didicisset, Vuitebergam profectus, artibus & linguis incubuit, atque præceptoribus doctissimis usus Theologiæ studia coniunxit. itaque factum ut in uirum clarissimum euaserit, atque sua eruditione, pietate, & linguarum sanctarum cognitione omnibus doctis per Germaniam innotuerit. Scripsit is adolescens Latine phrasim Elegantiam, ex præcipuis autoribus desumptam, atque Vuitebergæ 1534 edidit. postea Euangelicas conciones Dominicarum totius anni, per Dialecticam & Rhetoricam artificia, breuiter tractauit. præterea Psalterium Hebraicè, Græcè, & Latine ad ueterum exemplarium fidelem lectionem emendauit. Latine, Græcæ, & Hebraicæ lingue Grammatica pro incipientibus ob facilitatem, pro doctioribus ob exactam diligentiam ita conscripsit, ut post tot & tantos uiros in hac re non frustra laborasse uideatur. Accedunt Ionas Propheta, & Psalmi 15 trium linguarum ipsius Petri commentarijs illustrati. Item de prima rerum origine, uetustissimaque Theologia ex primis Geneseos capitibus desumpta. In priorem etiam Pauli ad Timotheum epistolam scholia scripsit, ac Anno 1545 Basileæ publicauit, quæ iusti commentarij munere fungi possent. Cum hoc modo Petrus legendo & scribendo præclaram operam nauaret, omnibus doctis innotuit, & magnam sibi gratiam conciliauit. Con. Gess,

cè, Græcè, & Latine ad ueterum exemplarium fidelem lectionem emendauit. Latine, Græcæ, & Hebraicæ lingue Grammatica pro incipientibus ob facilitatem, pro doctioribus ob exactam diligentiam ita conscripsit, ut post tot & tantos uiros in hac re non frustra laborasse uideatur. Accedunt Ionas Propheta, & Psalmi 15 trium linguarum ipsius Petri commentarijs illustrati. Item de prima rerum origine, uetustissimaque Theologia ex primis Geneseos capitibus desumpta. In priorem etiam Pauli ad Timotheum epistolam scholia scripsit, ac Anno 1545 Basileæ publicauit, quæ iusti commentarij munere fungi possent. Cum hoc modo Petrus legendo & scribendo præclaram operam nauaret, omnibus doctis innotuit, & magnam sibi gratiam conciliauit. Con. Gess,